



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 73. Principum ac Virorum illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

ginem Beatis adscribere constituit, morte tamen præventus, quod feliciter cæpit, absolvere haud valuit: tandem vero recognita causa Paulus V. die vigesima quarta Aprilis edito diplomate, quod incipit: *Regis æternæ Gloriæ Theresiam in Beatarum Virginum album solemniter recensuit. Hæc Virgo in Regni Patronam Albæ, atque in universo Hispaniæ Regno selecta est, ejusque obitus dies ibidem festivo colitur, ac vacuus ab opere Religioni consecratur.*

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. LXXIII.

Principum ac Virorum illustrium obitus.

Præter Philippum Ludovicum Palatini Comitem, qui tertio Mense post Wolfgangi Guilielmi Ducis Filii sui reditum ad Ecclesiam Romanam die decima quarta Septembris præ animi mœrore decessit: pariter naturæ debitum solvit Henricus Montmorentius Galliæ Comestabilis, & in Septimania Prorex: Vir bellica virtute ac divitiis oppido conspicuus, cetera literarum adeo ignarus, ut ne prima quidem elementa sciret, quamvis solo naturæ Beneficio summum rerum apicem assecutus, tanta laude iniquissimis

*Strauch.
cont. Sleid.
pag. 529.
Gramond.
Hist. Gall.
l. I. p. 50.
Serran.
Franc. Hist.
p. 929. 926.*

Sæc. XVII. mis etiam temporibus prima & publica
 A. C. 1614. obierit munia, ut Aulicorum ævi sui
 Princeps audierit. Ubi vero extrema
 imminere sensit, totius vitæ antehac
 laxius exactæ noxas Patri Archangelo
 Capucino, pœnitens exponebat, ac
 Divi Francisci habitu indutus, in ci-
 nere & cilicio extremum præstolabatur
 vitæ momentum. Ferunt Nautam, qui
 Cadaver Pedenatio Agatham secundo
 flumine deportabat, Capucini habitus
 novitate suspensum exclamasse: *Frustra
 hac veste Cæli janitores decipere niteris; hi
 enim detracto ante fores cucullo statim
 Montmorentium dignoscent.* Ceterum
 mortuo Henrico munus Comestabilis
 Francisci ad annum usque millesimum
 sexcentesium vigesimum primum va-
 cabat, quod a Ludovico XIII. Rege de-
 latum est Luygnio.

Non multo post itidem Parisiis ean-
 dem æternitatis viam ingrediebatur
 Franciscus Princeps Contius, Ludovico
 Franciæ Regi Patruelis, qui in Prote-
 stantium secta educatus post Parisinam
 cædem Catholicæ Religioni nomen de-
 derat. Intererat Bleffensibus comitiis,
 immotoque studio tam Henrico III.
 quam IV. adhærebat, post cujus cæ-
 dem sibi quoque tanquam Regiæ stir-
 pis Principi rerum summam deferri
 gestiebat, spe tamen sua frustratus, in-
 digna-

Lexic. Univ.
 l. 5. *Marga-*
rita tom. 3.

dignationem suam haud diffimulabat. *Sæc. XVII.*
 De cetero Princeps erat, ut ait Gra- *A. C. 1614.*
 mondus, *parum a vulgo distinctus, sine vi-*
tio magis, quam cum virtutibus. Eo-
 dem hoc anno etiam obiit Claudius
 Castræus, & Joannes Bomanorius La-
 vardinus, ambo Franciæ Marefcalli.

Die vigesima secunda Maij hoc an- *Vid. Supra*
 no pariter decessit Alexander Paris Gui- *Lib.*
 sius, cujus supra meminimus. Hic *CXXXI.*
 præter animi magnitudinem, qua stre- *S. 131.*
 nuus, corporis cultu ac forma, om-
 nium ad se affectum rapiebat, magnam
 dicendi facundiam cum silentii Maje-
 state conjungere assuetus erat, passim
 Guisaniæ gentis dextera vocatus, eo-
 quod ad quævis ardua promptus, at-
 que avitæ auctoritatis assertor, quic-
 quid inimica manus in Guisios unquam
 moliretur, semper vindicare paratus
 esset: Hujus famæ testimonium redde-
 bat duplex cædes Luxiorum, inde
 orta, quod horum Parens, se facile ex-
 tremum Guisii Ducis supplicium præ-
 pedire potuisse, incautius jactitaret.
 Tandem vero Guisius, cum in sua arce
 ad Beoxium quoddam belli tormentum
 ipse exploderet, illudque ingenti fra-
 gore dirumperetur, fragmento æris im-
 pressi tam violenter in coxa læditur, ut
 non multo post in abscissi membri vulnus
 serpente tabo extingueretur. Non de-
 fuere,

Sæc. XVII. A. C. 1614. fuere, qui crederent violentam hanc necem huic Principi sanguine utriusque Lucii per nefas effuso fuisse provocatam, festinante in ultionem Deo.

*Eggs Pur-
pura docta.
Ciacon. in
vita Clem.
VIII.*

Inter Ecclesiasticos, Literatosque Viros diem vigesimam octavam Januarii exitialem habuit Franciscus Mantica in portu Naonis Foro-Julienſis Provinciæ oppido natus, qui utriusque Juris prudentiæ per viginti ſeptem ferme annos Profeſſor in Patavina Academia Doctorum inſignia accepit, atque a Republica Veneta, ut inter Rotæ Auditores a Sixto V. cooptaretur, præ ceteris ſelectus, integro decennio hoc munus ſumma cum laude, omniumque applauſu obiit. Demum Cardinalis a Clemente VIII. renuntiatus, integritatis, juſtitiæ, illibatæ puritatis, ac priſtinæ comitatis tenorem ſemper retinuit, nec ſtudiorum labores, nec diſcendi ardorem dimittens. Quoniam vero præter ſcientiæ theſauros nullas poſſideret divitias, Pontifex eidem manſionem in Vaticano Palatio aſſignabat, ubi Franciſcus habita annui proventus ratione diu vitam oppido frugalem agebat, tandem vero Parentinæ Eccleſiæ Epicoſopus Romæ anno ætatis ſuæ octogefimo pie in Domino obiit, ſepultus in tituli ſui Eccleſia B. V. Mariæ de Populo. Scripſit duodecim libros

de

de conjecturis ultimarum voluntatum, quod Sæc. XVII.
 quinque annorum opus fane absolutif- A. C. 1614.
 simum est, eoque nullum aliud in per-
 difficili hoc argumento exactius scri-
 ptum reperitur, Reliquit etiam poste-
 ris suas *lucubrationes Vaticanas*, seu vi-
 ginti septem libros *de tacitis & ambiguis*
conventionibus, præter *decisiones Romanæ*
Rotæ: Haud tamen dissimulandum,
 quod liber primus suarum lucubratio-
 num longe acuratiores reliquis, & po-
 sterioribus viginti sex, quamvis utiles,
 curisque secundis elaborati, cum primo
 tamen collati multum remittant de pre-
 tio atque existimatione.

§. LXXIV.

*Pretiosa mors Sancti Camilli de
Lellii.*

Hoc item anno die decima quarta Ju- *Rossi vita'*
 lii Romæ animam suam hora, qua *Camill. Mi-*
 prædixerat, Deo reddidit fidelis servus *ræus Script.*
 Camillus Lellius, Bocchiniaci in Re- *Sæc. XVII.*
 gno Neapolitano ac Diæcesi Theatensi
 die vigesima quinta Maij natus, qui
 adolescens profanæ militiæ adscriptus,
 sæculi vitiis aliquamdiu indulfit, tan-
 dem vero ad meliorem frugem revoca-
 tus, ac S. Philippi Nerei in Christi scho-
 la discipulus Romæ ægrotis paterna vere
 sollicitudine inserviit, atque in perpe-
 tuum

Hist. Eccles. Tom. LV.

B b

tuum